Cogitate cũ animis ueſtris: ſiquid uos per laborẽ recte feceritis: la
bor ille a uobis cito recedet: benefactũ a uobis dum uiuetis nõ ab=
ſcedet. Sed ſi qua per uoluptatẽ neq̃ter feceritis: uoluptas cito abi=
bit: nequiter factum illud apud uos ſemper manebit &c̃. Fugam⁹
ergo ſtultitiam & audiamus primã parentẽ: ita queritantẽ.

Euæ prothoplaſtæ ad cunctos mortales elegia.

Diſcite mortales miſeræ lamenta parentis
Et procul a noſtra uertite uela rate.
Illa ego quæ fueram nulli ſubiecta ruinæ:
Nec uiſura malum: nec ſubitura necem:
Quæ genitura uiro pulchram ſine crimine prolẽ
Inq; puerperio leta futura meo:
Quæq; immortales fueram uiſura nepotes
In paradiſiacis ludere colliculis:
Mox rapienda: deo ſic imperitante: per alta
Sidera in ætheream glorificata domum:
Illa inquam: ut uetitum malis abſumere pomum
Auſa fui longum tollor in exilium.
Prima etenim dubiæ damnoſa pericula nauis
Sultorum ingredior ſtultitiæq; parens.
Nam quia diuinam petii ſtultiſſima mentem
Deſtinor exitio poſteritaſq; mea.
Immenſos ſubigor pariens tolerare dolores.
Nec cum uirgineo gignere honore datur.
Hei mihi fallaci quæ ceſſi credula uipræ
Frenaq; non poſui ſenſibus ipſa meis.
Nuda per ignotas cogor tranare procellas
Neſcia quem portum: quemue habitura modum.
Namq; ſupercilio ſi me deus ipſe tremendo
Condemnare uelit: commerui interitum.
Sed uentura meæ uirgo eſt haud conſcia culpæ.

Stultarum uirginum ſcaphæ ſeu nauiculæ.

Contritura tuum perfida uipra caput.
Quæ quia ſupremo gnatum eſt paritura tonanti:
Commoda iuſtitiæ uincet origeneæ
Nam neq; peccato quondam maculabitur ullo:
Nec deerit quæuis gratia uerbiparæ.
Currite fœſtino fœlicia ſæcula curſu:
Vt nouus in terris conſpiciatur adam.
Interea iugi pulchram certamine palmam:
Contra ſtultiferas quæſo referte ſcaphas.

Scapha ſtultæ uiſionis ad ſtulti
feram nauem peruehens.



Primæ ſcaphæ ſtultiferæ: quæ per uiſum ſtultũ
ad interitum ducit explanatio.

Sultarum uirginum ſcaphæ ſeu nauiculæ.

PRimo loco de uiſu eiuſq; ſtulticia dicere cõſtitui: ꝙ
is cũ ſit ſubtiliſſimus & nimiũ materialis ad diuinũ
officium proxime accedere faciat: quod græci omnia
uidere & cõtẽplari ex eo putantur uoluiſſe: ꝙ apud
eos deus ipſe theon quaſi cõtẽplator & oim̃ inſpe-
ctor appellatur. Theoreo enim cõtẽplor: & thorema ſiue theoria
cõtẽplatio dicitur. Is aũt eſt de quo Geñ.i. ſcriptũ eſt. Vidit de⁹
cuncta quæ fecerat: & erãt ualde bona. Verũtamẽ cũ ipſe omĩa ui-
deat: inuiſibilis tamẽ eſt: oculo quidẽ mortali: niſi quantũ ipſe ſe-
ſe uiſibilẽ præbeat: cuius quidẽ uiſio uiſiq; cõſũmata fruitio: ſũ-
mum illud bonũ: quæ beatitudo dicitur non imerito nuncupat̃.
de qua diuinus apoſtolus.i. Corin.xiii. Vidimus (inquit) nũc ꝑ
ſpeculũ in enigmate: tunc autẽ facie ad faciẽ. Et ales ille cœleſtiũ ĩ
terris cõtẽplator maximus. primæ canonicæ ſuæ cap.iii. Scimus
quoniã cũ apparuerit ſimiles ei erimus quoniã uidebimimus eũ
ſicuti eſt. Dixi ſubtiliſſimũ eſſe uiſum. quia uix quiſq̃ philoſopho
rũ quid ſit depræhẽdere potuit. unde Aulus gelius libro.v.ca.xvi.
De uidendi ratione deq; cernẽdi natura diuerſas eſſe opiniones
philoſophorũ aĩaduertimus. Stoici cauſas eſſe uidẽdi dicunt radi
orũ ex oculis in ea quæ uideri queũt emiſſionẽ aeriſq; ſimul intẽ
tionẽ. Epicurus effluere ſemꝑ ex oĩbus corporib⁹ ſimulachra quæ
dã corporum ipſorũ: eaq; ſeſe in oculos inferre: atq; ita fieri ſenſũ
uidendi putat. Plato exiſtimat genus quoddã ignis luciſq; de ocu
lis exire idq; coniunctũ continuatũq; uel cũ luce ſolis: uel cũ alteri
us ignis lumine: ſua ui & externa nixũ efficere: ut quæcũq; offen-
derint illuſtrauerintq;: cernamus. Sed & hic ea quæ diſſerimus ima
ginandũ. Eiuſdẽq; illius enniani neoptolemi de quo ſupra ſcripſi
mus: conſilio utendũ eſt. Qui deguſtandũ ex philoſophia cenſet.
non in eã ingurgitandũ. Hec ille. Peripatetici aũt cenſent uiſionẽ
fieri introſuſcipiẽdo. uidemur tamẽ cũ perfecte qd inſpicimus: po
tius emittere neſcio qd uiſiuã potentiã cõcernẽtis q̃ ſuſcipere. Sed
hæc philoſophi diſq̃rãt: mihi ſatis eſt oſtẽdiſſe adhuc icognitã eẽ

uidendi potẽtiã q̃ illic pfectiſſime exercet̃ ubi plurimũ ẽ lumĩs: donec illi haud ĩpar fuerit: qđ non alibi eſſe dicã: q̃ ubi ſol iuſtitiæ & lux illa uera quæ etiã in tenebris lucet: & illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ: chriſtus dñs noſter: patri coæqualis in coæquali gloria cõſpicitur. Proinde ut creaturarũ proxima quæq; cælo eſt: ita perfectiſſime uidere putatur: cõtraq; talpæ & uermiculi qui in terris degunt: oculis capiũtur tanq̃ indigni tã præſtantis muneris bñficio. Quocirca tã demẽtes atq; inſani ſumus q tanto bñficio donati: terrenis inhyamus: terrena contẽplamur: terreniſq; fruimur: cũ tamẽ id beluarũ eſſe etiã ethnicus teſtatur poeta dicẽs metamorphoſeõ. i. trãſformationũ primo. Pronaq; cũ ſpectẽt aĩalia cætera terras. Os hoĩ ſublime dedit: cælũq; uidere iuſſit: & erectos ad cælũ tollere uult⁹. Cæterũ quia ut excellẽtiſſima quæq; potẽtia: bñ utentib⁹ optima eſt: ita abutẽtib⁹ peſſima: nõ ab re p̃catur diuiniſſimus ꝓpheta dicẽs. Auerte oculos meos: ne uideãt uanitatẽ. fecerat eñi eius rei periculũ. Qui dũ berſaben incautior uideret in adulterii & nephãdiſſimi homicidii crimẽ delapſus erat. Incredibilis eñi eſt rei uiſæ ubi delectat in animũ q̃ſi per feneſtrã quandã penetratio. Vſq; adeo ut doctiſſimus poetarũ ĩ georgicis dicat: uritq; uidendo fœmina. Si quidẽ uidẽdo. i. dũ uidetur maſculorũ aĩos amoris incendio inflãmat. Quapropter in bucolicis idẽ miſere depereuntẽ ſic exprimit. Sepibus in noſtris paruã te roſida mala (dux ego ueſter eram) uidi cũ matre legentẽ. ut uidi ut perii: ut me malus abſtulit error? hoc eſt poſtq̃ te ſic uidi: o qualiter perii: qualiter me malus error. i. inſanus amor abſtulit. i. a ratione ac ſenſu abalienauit. q. d. non poſſem uerbis conſequi. Neq; ueru indigne ferendũ eſt ſi tanti theſauri periculoſa eſt poſſeſſio & difficilis cuſtodia. In tantum autem difficilis eſt ipſius uiſus cuſtodia: ut ſaluator noſter per allegoriam ſic conſulat nobis Math. v. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te erue eum & proiice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unũ membrorũ tuorũ: q̃ totũ corpus tuũ mittatur in gehennem ignis. Et cauſam præpoſuerat dicens.

Stultarum uirginum ſcaphæ ſeu nauiculæ.

Quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendam eam: iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Dixi autem per allegoriá id dominum dicere. Non enim ut oculum carnalem eruas: ſed ut eius abuſum compeſcas admonet. Sumus enim membrorum noſtrorum ad diuina obſequia conceſſorum gubernatores nó domini. Nonnulli tamen ethnicorum philoſophorum: ne quod nolint uidere cogantur uiſum ſibi ademerunt: ut democritus: de quo Aul⁹ gelius li.x.cap.xvii. Democritum inquit philoſophum in monumétis græcæ hiſtoriæ ſcriptum eſt: uirum præter alios uenerandũ auctoritateq; antiqua præditum: luminibus oculorum ſua ſponte ſe priuaſſe: quia exiſtimaret cogitationes cómentationeſq; animi ſui in contéplandis naturæ rationibus uegetiores & exactores fore: ſi eas uidendi illecebris & oculorum impedimétis liberaſſet. Id factũ eius modumq; ipſum quo cæcitaté facile ſolertia ſubtiliſſima conſciuit: laberius poeta in mimo qué inſcripſit rectiorem: uerſibus quidé ſatis mũde atq; graphice factis deſcripſit. Sed cauſam uoluntariæ cæcitatis finxit aliá: uertitq; in eá rem quam tum agebat non incóciniter. Eſt enim perſona quæ hoc apud laberiũ dicit diuitis auari & parci: ſumptum plurimũ luxumq; & popinationem adoleſcentis filii deplorantis. Verſus laberiani hi ſunt.

Democritus abderites: phiſicus philoſophus: clypeum
Conſtituit contra exortum hiperionis: oculos
Effodere ut poſſet ſplendore æreo: ita radiis
Solis: aciem effodit luminis: malis bene
Eſſe ne uideret ciuibus. ſic ego
Fulgenti ſplendore in pecuniam uolo
Lucificare exitum ætati meæ
Ne in re bona uideam eſſe nequam filium.

Hec ille. Quia uero nec uiſu carere nec eo abuti bonum eſt: prudenter utamur neceſſe eſt. Quod ut diligentius faciamus: qui & quales abuſi ſint paucis percurremus.

Duo aũt ſunt ipſo uiſu abutenſiũ genera: alterum eorum qui aut

illicite aut illicita uident: alterũ eorũ qui ut illicite uideãtur accurrãt In priori genere primũ locũ dare poſſumus lucifero: qui cũ in ſpeculo diuinitatis uideret: quid cæteris præſtaret creaturis: noſſetqꝫ creaturã aliqñ (ut quidã dicunt) a dextris altiſſimi conſeſſurã: dicebat in corde ſuo: illud Eſaiæ. xiiii. In cœlũ cõſcendã: ſupra aſtra dei exaltabo ſoliũ meũ: ſedebo in monte teſtamẽti in lateribus aqlonis. Aſcendã ſuper altitudinẽ nubium ſimilis ero altiſſimo. Vbi ſubdit propheta. Verũtamen ad infernũ detraheris in profundũ laci &c. Secundum autẽ complicibus eius: de quibus ſubditur ibidẽ. Qui te uiderint ad te inclinabũtur neqꝫ proſpicient. Tertiũ uero prothoplaſtis hominibus uidit enim mulier ꝙ bonũ eſſet lignum ad ueſcendũ: & pulchrũ oculis & aſpectu delectabile. Vidit autẽ uir ipſe miſerrimus: ꝙ mortua non eſſet quæ comederat mulier: unde ut illi morẽ gereret & accepit & comedit. Quartũ primogenito eorũ. uidẽs enim cayn: quia reſpexit dñs ad abel & ad munera eius: ad ſe aũt & ad munera ſua nõ: iratus eſt uehementer & cõcidit uultus eius. nec requieuit donec per inſidias euocatũ interfecit fratrẽ. Quintũ filiis dei qui uidentes filias hominũ ꝙ eſſent pulchræ: acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerũt. Sextũ ægiptiis qui uiderũt mulierem ſcilicet ſarai: ꝙ eſſet pulchra nimis & nunciauerunt principes pharaoni: qui & eius ſpecie captus eſt: ſicut poſtea etiã abimelech. Septimũ zodomitis: qui uiſis angelis quos uiros putabãt: abuti uolebant. Octauũ uxori loth: quæ reſpiciens poſt ſe uerſa eſt in ſtatuam ſalis. Et ut in fabulis eſt euridice uxori orphei: que reſpiciens poſt ſe retracta eſt in infernum. Nonũ dinæ & raptori eius ſichẽ. Egreſſa eſt enĩ dina filia lyæ ut uideret filias regionis illius: quam cum uidiſſet ſichem filius Emor euei priceps terræ illiꝰ: adamauit eam & rapuit: & dormiuit cum illa: ui opperimens uirginem. Decimum uxori phutifaris quæ poſt multos dies oculos ſuos in ioſeph: qui erat pulchra facie: & decorus aſpectu iniecit: & ait dormi mecum & cætera. Vndecimum mariæ: & fratri eius aaron moyſi inuidentibus.

Duodecimũ iſrahelitis qui uidẽtes filias moabitarũ ſpecioſas co-
gnouerunt eas. Decimũtertium Sanſoni qui aſcendit in rhamata
uiditq́ꝫ ibi mulierẽ de filiabus philiſtiim quæ placuit oculis eius &
cætera. Decimũquartũ aſſuero: cuius nota per concupiſcentiã ocu
lorum eſt libido. Decimũquintũ dauid regi ꝓpter male uiſam ber
ſaben. Decimumſextum ammoni propter ſororem thamar. Deci-
mumſeptimum Salomoni: propter innumerabiles fere concubi-
nas: quæ auerterunt cor eius. Deniq́ꝫ omnis fere animorum ſtul-
titia ex uiſu illicito ſortitur originem. In ſecundo autem genere eo
rum uidelicet qui illicite uideri uolunt innumerabiles ſunt fatui &
fatuæ. Quæ nam mulier hodie tam pudica: quæ per ſpeciem ſu-
am ſi non pollui: laudari tamen & concupiſci nõ deſideret? Quo-
ta quæq́ꝫ natiuo decore: proprioq́ꝫ colore cõtenta: nullũ phucũ ad
hibet: nec miſeris annis captandis laqueos conſtruit? Quot eius
rei in ſacris codicibus: quot in apocriphis cõperias exẽpla? Sed ut
cætera taceam: graphicum illud tãetſi notiſſimum ſalomonis pro
uerbii. vii. adducam teſtimonium. De feneſtra inquit domus
meæ per cancellos proſpexi iuuenẽ & uideo paruulos. Conſidero
uecordẽ iuuenem: qui tranſit per plateas iuxta angulũ & prope ui
am domus illius graditur in obſcuro adueſperaſcẽte die in noctis
tenebris & caligine. Et ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio
præparata ad decipiendas animas. garrula & uaga: quietis impa-
tiẽs nec ualens in domo cõſiſtere pedibus ſuis: Nunc foris: nnnc
in plateis: nunc iuxta angulos inſidians. Appræhenſumq́ꝫ deoſcu
latur iuuenẽ & procaci uultu blãditur dicens. Victimas pro ſalute
deuoui: hodie reddidi uota mea: idcirco egreſſa ſum in occurſũ tu
um deſiderãs te uidere: & repperi. Intexui funibus lectulum meũ:
ſtraui tapetibꝰ pictis ex ægipto: aſperſi cubile meũ mirrha & aloe
& cinamomo. ueni inebriemur uberibus: & fruamur cupitis am-
plexibus donec illuceſcat dies. Nõ eſt enim uir in domo ſua: abiit
uia longiſſima. Saculũ pecuniæ ſecum tulit in die plenæ lunæ re-
uerſurus eſt in domũ ſuam. Irretiuit eũ multis ſermonibus: & blã

ditiis labiorũ protraxit eũ. Stati eá ſequitur quaſi bos ductus ad uictimá: & quaſi agnus laſciuiens & ignorás: & neſcit ꝙ ad uincula ſtultus trahatur: donec tranſſigat ſagitta iecur illius: uelut ſi auis feſtinet ad laqueũ & neſcit ꝙ de periculo animæ illius agatur Nunc ergo fili audi me: & attende uerbis oris mei. ne abſtrahatur in uiis illius mẽs tua: neqꝫ decipiaris in ſemitis eius. Multos enim uulneratos deiecit: & fortiſſimi quiqꝫ interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius penetrátes interiora mortis. Hæc ille: quibus neſcio an quid magis graphice dictũ legerim. habẽt enim præter patenté omnibus dulcediné: occultos neruos ex naturæ penetralibꝰ depróptos: quale illud ſimulatæ religionis uenenũ: quo nihil præſentius animos inficit. Reddidi inquit uota mea. Quale ꝙ reuerſurũ dicit uirũ in die plenæ lunæ ſignificás ꝙ callida inſidiatrix in nouilunio egreſſa ſit cũ imbecilliſſima eſt. ſed tñ ꝓniſſima ad coitũ natura. Quale illud exemplũ. Quaſi bos ductus ad uictimam Is etenim potiſſimũ apud gentiles ducebatur nõ trahebatur. ſolutus enim erat uinculis: malũ omen indicans ſi inter ſacrificandũ ſubterfugeret: ducitur ergo quaſi ſpõte ſua ad necẽ bos: & laſciuiẽs ad interitũ: geſtiẽs & ſaliens ut laſciuiens agnellus. Quale præterea illud donec tráſſigat ſagitta iecur eius. Secundũ enim phiſicos cogit amare iecur. & ſecundũ poetas. ſagitta cupidinis. i. dei amorũ alterũ telum eſt. Præter quæ ſunt & alia multa delicioſiſſime & doctiſſime dicta: ſed mihi pergendũ eſt ad iſtitutũ. ut uero ethnica quoqꝫ afferá exempla. Capta eſt infœlix dido quia uenus filio ſuo æneæ letos oculis afflarat honores: quos illa imprudẽter aſpexiſſe uidetur quia hærent infixi pectore uultus. Capta eſt paſiphe amore tauri. Semiramis equi. Phillis demophoótis. Enone paridis: & Paris helenes. Deniqꝫ omnes infœliciter amátes quia imprudenter quod amare nõ debebant inſpexerint philocapti ſunt. Quid enim aliud heroides heroeſqꝫ cõqueruntur apud Ouidiũ Quid aliud comœdiæ: quid tragœdiæ quid etiá uere canũt hiſtoriæ q̃ ꝙ ex imprudenti incautoqꝫ aſpectu miſeri mortales laqueis

amorũ irretiti ſint. Quẽ alium fructũ aſſequitur auarus q̃ ꝙ congeſtis nũmis poteſt illis tanq̃ pictis gaudere tabellis? Quo regales põpæ? Quo mulierũ expetũtur formæ: niſi ut inſatiabiles oblectentur oculi: cũ tamen dicat Iuuenalis raro eſt cõcordia formæ atqꝫ pudiciciæ? Conſideremus ergo lectores optimi q̃ fatui ſint qui obſcœnas picturas proſtibulis dignas thalamis ſuis inferunt: & oculis obiiciũt: ut cœnaturi & dormituri: hẽant quo ardeãt. Quã imprudẽtes qui uxores & filios præter cõditionis ſuæ qualitatem exornãt ut meretrices fiant aut aĩas perdãt. Quã dementes: qui in tẽpla ad quæ deũ placaturi conuenire iubemur: cõueniunt meretrices aut meretricio ornatu cultas uiſuri & aĩas ſuas occiſuri: deũqꝫ indigniſſime q̃ſi in domo & in proſpectu ſanctoqꝫ aſpectu ei⁹ offenſuri. Quibus extrema linea amare cũ phedra Terẽtiano aliquid uidetur. & certe aliquid eſt: quia aĩarum interitus. Cæterũ ſi uiſio ſtulta quæ primæ ſcaphæ ſtultiferæ nauarcha. i. præfecta eſt: omnes huius generis ſtultos acciperet: opus eſſet naui uel argoa qua argonautæ uecti dicũtur lõgiore: & archa noe capaciore. Sed audiamus celeuſma. i. inuitationem eius nauticã.

Celeuſma uiſionis fatuæ ſcaphæ primæ nauarchæ.

QVid tantũ ſtupida trahitis pigra ocia mente
Idaliæ ciues: en citharea uocat?
Nunc florent ſiluæ: nunc formoſiſſimus annus:
Omnia nunc genio præſto uacare ſuo.
Gratia cum nimphis geminiſqꝫ ſororibus: audet
Conſociato uiris ducere nuda choros.
Cypria biſtonio uenus optat brachia marti
Tendere: dum queſtus fert philomena ſuos.
Collige uirgo roſas dum flos nouus & noua pubes:
Et memor eſto æuum ſic properare tuum.
Iam ſubrepet iners ætas nec amare licebit
Nec gaudere bonis mors dabit attalicis.
Quid ſimilem flauo crinem tam compſeris auro

Stultorum ſenſuum ſcaphæ ſeu nauiculæ.

Quando aderit uitulæ ſordida canicies?
An iuuenem teneris nihil eſt uincire lacertis
Cui uenus & ueneris cura: cupido fauet:
Eya age rumpe moras implent dum carbaſa uenti
Atq; ſecunda ſuas nereis addit opes.
Ad ueneris campos teneris ubi pulchra puellis
Corpora iunguntur: noſtra carina uehit.
Illic paſiphae tauro oblectatur amato:
Atq; ſemiramidem concomitatur equus.
Illic quæq; ſuo ſecura potitur amore
Nec ſentit tacito tempus abire pede.
Illic blandus amor molliſq; proteruia cunctis
Et uultus quales ardeat hippolytus
Forma quibus cæris non eſt imitabilis ullis
Non phuco aut arti: non medicaminibus
Nil ſandix roſeo: nihil hic ceruſſa nitenti
Conferat: hic ſiquidē naſcitur omnis honos.
Purpureas qui forte roſas & lilia iuſtis
Menſura: numero: pondere: miſcuerit:
Cunctaq; calluerit: quæ zeuſis nouit ad artem
Commoda: natiuum uix ſimularet opus.
Ergo petos oculos ad dulcia munera flecte
Dumq; uocant uenti ſcande puella ſcapham
Non procul eſt portus: triduo permixta choreis
Aurea ſidereis corpora conſpices.

De auditu eiuſq; ſtultis.

NVnc de auditu eiuſq; ſtultis mihi ſmo habēdus eſt: cuius ſecundū uiſum haud dubiæ & uires & munera ſunt. magna eteni pars beatitudinis: qui ſtatus oīm bonorū aggregatiōe perfectus a boetio deſcribit: in auditu conſiſtit. Qui eteni oculos a uanitatibꝰ auer-

Scapha auditionis fatuæ ad nauẽ ſtultiferá puehens.



tentes caſte uixerũt: nó ſolũ uiſioné ſingularé habebũt: uerũetiá
cátabũt quaſi cáticũ nouũ qđ dicere aliorũ nemo poterit. neq; mi
nus de auditu eiuſq; obiecto q̃ de uiſu addubitauerũt philoſophi
Vnde Aulus gelius dicto li. v. cap. xv. Vetus atq; ppetua quæſtio
inter nobiliſſimos philoſophorũ agitata eſt. corpus ne ſit uox an
aſomatũ. i. incorporeũ. Corp⁹ aũt eſt aut efficiés aut patiés. Quá
definitioné ſignificare uolés Lucretius ita ſcripſit. Tágere eni aut
tangi niſi corpus nulla poteſt res. Alio quoq; modo corp⁹ eé græ
ci dicũt: triplici diméſione diſtans. Sed uocé ſtoici corpus eſſe có-
tendũt: eaq; eſſe dicunt ictũ aera. Plato auté non eſſe uocé corpus
putat. Non enim pcuſſus inquit aer: ſed plaga ipſa atq; percuſſio
uox eſt: nó tñ ſimpliciter plaga aeris uox eſt. Ná digitus quoq; ae-
rem percutit: non ita tamé uocé facit. Sed quanta plaga? & uehe-
mens & tanta ut audibilis fiat. Democritus ac deinde epicurus ex
indiuiduis corporibus uocé conſtare dicunt. Eamq; ut ipſis eorũ

uerbis utar. Reumalogon. i. flumen uerborum apellant. Hos ali
oſq; tales argutæ delectabiliſq; deſidiæ aculeos: cũ audiremus aut
lectitaremus: neq; in his ſcrupulis aut emolumentũ aliqđ ſolidũ
ad rationẽ uitæ pertinẽs: aut finẽ ullũ querendi uideremus ennia-
nũ neoptolemũ ꝓbabamus: q profecto ita ait. Philoſophãdũ eſt
paucis nã omnino haud placet. Hæc ille. Tantũ autẽ muſicis ratio
nibus quæ auditu ꝑcipiunť ueteres tribuere philoſophi ut diuin⁹
ille plato admirabilẽ cælis cõcentũ ineſſe: ſinguliſq; ſphæris ſingu
las ſirenas ꝑeſſe: corporiſq; atq; animæ compagẽ nõ ſine muſicis
numerationibus ac modulis conſtitutã dixerit. Quinetiã modu-
lationẽ a crepitũ muſicorũ inſtrumentorũ: ægro maliſq; ſpiritib⁹
obſeſſo mederi legibus animo. de qua re Aulus gelius lib. iiii. ca.
xiii. ſic ſcriptũ reliquit. Creditũ hoc a pleriſq; eſt & memoriæ mã-
datũ: iſchaici cum maxime doleant: tũ & modulis lenibus tibicẽ
incinat minui dolores. Ego nuperrime in libro theophraſti ſcrip-
tum inueni uiperarũ morſibus tibicinẽ ſcite modulateq; adhibi
tum mederi. Refert & democriti liber qui inſcribitur de peſtibus
aut rationalium regula: plurimis hominum morbis medicinam
fuiſſe incentiones tibiarum. Tanta prorſus eſt affinitas corporib⁹
hominum mentibuſq;: & propterea quoq; uitiis aut medelis anĩ
morum & corporum. Hæc ille. Ad quæ addere poſſumus illlud
i. Reg. xvi. Quandocunq; ſpiritus domini malus arripiebat ſaul:
Dauid tollebat citharam: & percutiebat manu ſua: & refocillaba-
tur Saul & leuius habebat. Recedebat enim ab eo ſpiritus malus
Propter huiuſmodi incredibilem modulorum in animos audiẽ-
tium penetratiõem datus eſt locus pluribus fabulis multiſq; hiſto
riis. Orpheus enim in multis poetarum locis & ſiluas & feras ad
ſe traxiſſe & flumina ne fluant continuiſſe: Plutonem ut coniugẽ
reddat: omneſq; pœnas inferorum intermittat thraicia fretus ci-
thara fidibuſq; canoris dicit᷑. Quam rem horatius ad hiſtoriã refe
rens dicit de arte poetica. Silueſtres hoĩes ſacer interpreſq; deorũ
Cædib⁹ & uictu fœdo deterruit orpheus. Dictus ob hoc lenire ti-

gres rabidoſq; leones. Itē amphion dicitur ſonitu lyræ cōuocaſſe
lapides ad conſtructionē murorū thebanorū: quod fictū eſt quia
duros homines: ad eorum conſtructionē: & ciuilē concordiā cō=
pulit unde ſequitur ibidē. Dictus & amphion: thebanæ conditor
urbis: Saxa mouere ſono teſtudinis: & prece blanda Ducere quo
uellet &c̃. Arion autē dicitur uectus dorſo delphini modulatione
eius capti. de quo Aulus gelius libro. xvi. cap. xix. Celeri ad modū
& cohibili oratione uocūq; filo tereti & candido fabulā ſcripſit he
rodotus ſuper fidicine illo arione. Vetus inquit & nobilis arion
cātator fidibus fuit. Is loco & oppido methymneus: terra atq; in=
ſula omni leſbius fuit. Eum arionē rex corinthi periāder amicum
amatūq; habuit artis gratia. Is inde a rege proficiſcit̃ ut terras in=
clytas Siciliam atq; Italiā uiſeret. ubi eo uenit aures omniū men=
teſq; in utriuſq; terræ urbibus demulſit. In quæſtibus iſtic & uo=
luptatibus amoribuſq; hominū fuit. Is tamen poſtea grandi pe=
cunia & re bona multa copioſus corinthum inſtituit redire. Na=
uem igitur & nautas: ut notiores amicioreſq; ſibi corinthios dele=
git. Sed eo corinthios homine accepto: nauiq; in altum proiecta:
ꝑdæ pecuniæq; cupidos cepiſſe conſiliū de necādo Arione. Tū il=
lū ibi pernicie intellecta: pecuniā cæteraq; ſua ut haberent: dediſſe:
uitā modo ut parcerēt ſibi: orauiſſe Nautas precū eius harū cōmi=
ſeritū eſſe illatenus: ut ei necē afferre per uim ſuis manibꝰ non tēta
rent: ſed imperauiſſe: ut iā ſtatim corā deſileret ꝑceps in mare. Ho
mo inquit ibi territus: ſpe oī uitæ perdita: id unū poſtea orauit:
ut priuſq̃ mortē oppeteret induere permitterēt ſua ſibi indumēta:
& fides capere: & canere carmē caſus illius ſibi conſolabile. Feros
& immanes nauitas prolubiū tū audiendi ſubit: quod orauerat ī=
petrat. Atq; ibi mox de more cinctus: amictus: ornatus: ſtāſq; in
ſūmæ puppis foro: carmē quod orthriū dicitur uoce ſublatiſſima
cātauit. Ad poſtrema cantus: cū fidibus ornatuq; omni ſicut ſta=
bat canebatq; eiecit ſeſe procul in profundum. Nautæ haud quaq̃
dubitantes quin periſſet: curſū quē facere ceperant tenuerūt. Sed

nouum & mirũ & piũ facinus contigit. delphinũ repẽte inter undas adnauiſſe: & dorſo ſuper fluctus edito uectauiſſe: incolumiqꝫ eũ corpore & ornatu: tænarũ in terram laconicã deuexiſſe. Tũ arioné prorſus ex eo loco corinthũ petiuiſſe: talemqꝫ periãdro regi: qualis delphino uectus fuerat: ſeſe obtuliſſe: eiqꝫ rem ſicuti acciderat narrauiſſe. Regẽ iſtec parũ crediditſſe: arionẽ quaſi falleret cuſtodori iuſſiſſe. Nautas requiſitos: ablegatoqꝫ arione diſſimulanter interrogaſſe: ecquid audiſſent in iis locis unde ueniſſent: ſuper arione? Eos dixiſſe: hominẽ quũ inde irent in terra italia fuiſſe: eũqꝫ illic bene agitare: & ſtudiis delectationibuſqꝫ urbiũ florere: atqꝫ in gratia pecuniaqꝫ magna fortunatũ eſſe. Tũ inter hæc eorũ uerba arionẽ cũ fidibus & indumentis cũ quibus ſe in ſalũ eiaculauerat extitiſſe. Nautas ſtupefactos cõuictoſqꝫ ire inficias nõ quiſſe. Eam fabulã dicere leſbios & corinthios atqꝫ eſſe fabulæ argumentũ: qꝫ ſimulachra duo ænea ad tenarũ uiſerentur. delphinus uehẽs & homo inſidens: hæc iterũ ille. Mira ergo cãtatõnis uehemẽtia: quod omniũ ingeniorũ (ut plinius dicit) fons homerus nobis ſignificauit ubi prudentẽ uirũ quem nobis per ulyxẽ ſignificat ſociorũ aures cera obturaſſe dicit: ut ſurda aure ſyrenũ cantus trãſeant: quæ dulcedine cantus prætereuntes in ſoporẽ trahebãt: & ſopitos ſubmergebant. Id autẽ ſignificauit Odyſſeæ li. xii. ubi eius uerba ſic tranſlata cõperi. Sunt autem ipſius ulyxis ita de cyrce ſolis filia loquentis. Ipſa nãqꝫ primum diuinarũ ſirenum uocẽ: & floriferũ earum pratum nobis euitandũ præcepit: ſoli mihi ut eã audiã concedit: ſed uos me arcte ad malũ funibꝰ ligabitis: qꝫ ſi forte ut me ſoluatis iuſſero: tũ uos pluribus & arctioribus me uinculis implicetis. hoc ego pacto ſingula ſocios admonebã. Interea nauis cito curſu ſirenũ inſulæ propinquauit: ſtatim ceſſauit: & placida trãqlitate deus undas ſtrauit. At ſocii collectis in naui uelis: remis ordine diſpoſitis mare ſulcabant. Hic ego magno cæræ orbe in partes cõfecto: & naubꝰ & uiſolis q̃primũ mollito: ordine omnium aures obſtruxi illi me uiciſſim manibus pedibuſqꝫ ad ma-

lum colligarũt. Dum uero tantũ ab inſula abeſſemus quantũ leni remorũ pulſu uox exaudiri poſſet: minime eas e propinquo naui gantes latuimus: ſed ſtatim cantare perq̃ ſuauiter orſæ ſunt. huc ades inclyte ulyxe: magna achiuorum gloria: hic nauẽ ſiſte ut nr̃am uocẽ audias. Nemo enim unq̃ hac iter fecit: quin noſtri cantus ſuauitate demulceretur: qua oblectatus & plura doctus a nobis dimittitur. Haud enim nos fugit: quid apud magnã troiam græci ſimul & troiani deorũ uoluntate geſſerunt. Scimus præterea quicquid in alma terra agitur. Sic ſuauiſſima uoce canentibus: ego audiendi cupidus ſociis ut me ſoluerent: ſuperciliis annuẽs iubebã. At perimedes & eurylochus ab remis quibus incũbebant ꝓperantes: plurimis me uinculis implicuerunt: ita tanto ꝓcurſo ſpacio: ut non amplius earũ uoces audirentur: ãmota a ſociorũ auribus cæra ipſi me ſoluerunt &c̃. Sirenes autẽ ſecundum fabulas ut inquit Serui⁹: tres in parte uirgines fuerunt: in parte uolucres acheloi & calliopes muſæ filiæ: harum una uoce: altera tibiis: alia lyra canebat. Et primo iuxta pelorũ poſt in capreis habitauerunt: quæ illectos ſuo cantu in naufragia deducebant. Secundũ ueritatẽ meretrices fuerunt: quæ trãſeuntes quoniã deducebant ad egeſtatẽ: his fictæ ſunt inferre naufragia: has ulyxes contemnendo deduxit ad mortẽ. Hæc ſeruius de cantu ſirenum ſic ait Virgilius. Sirenes uarios cantus acheloia proles Et ſolis miros ore ciere modos Illarũ uoces: illarum muſa monebat Omnia quæ thymele carmina dulcis amat. Quod tuba: quod litui: quod cornua rauca fuerunt. Qđ qꝫ foraminibus tibia mille ſonat Quodqꝫ leues calami quod ſuauis cantat & ædon. Quod lira: quod cytharæ: quod moribundus holor. Illectos nautas dulci modulamine uocis Mergebant auide fluctibus ioniis. Sanguine ſiſiphio genitus ſe magnus ulixes Et tutos ſolida ꝑſtitit arte ſuos: Illeuit cera ſociorũ callidus aures: Atqꝫ ſuas uinclis præbuit ipſe manus. Tranſiluit ſcopulos & inhoſpita littora claſſis Ille præcipites diſſiluere freto. Sic blandas uocis notas: ſic carmina uicit Sic tandem exitio monſtra canora de-

dit &c̄. Harū nomina quidā ponunt. Parthenopē leucoſiā & lygiā. A parthenope nomē ſumpſit ea ciuitas quæ nunc ſicut ab auguſto uocata eſt neapolis. i. noua ciuitas appellata eſt. Niſi ſatis ꝓlixus iā eſſem: dicerem de ui incantationū quibus quid circæ: quid medea ualuiſſe dicuntur longū eſſet enarrare. Quin adeo ut in bucolico dicitur Carmiua uel cælo poſſunt deducere lunā. Ne quis tñ omnino poeticū putet nec magos ægiptios norit: aut qui apoſtolorum tēporibus uiguerunt: aut quibus in lege romanorū prohibetur ne fruges in alienum agrū pelliciant: notū certe omnibus aſt. quia (quod maro quoq̧ dicit) cātando rumpitur anguis. Cātando dicit. i. dum incantatur. Ideoq̧ dictum eſt a ſaluatore. Eſtote prudentes ut ſerpentes. fertur enim ſerpens dum incantatorem ſentit: alteram aurē terræ affigere: alteram cauda obſtruere. Quotiens præterea ſirenes. i. ueneris incitamēta nos blandiciis incitāt: debemus ad malum crucis alligari & ad eum aures conuertere: q pro nobis dicit ſitio. Et qui (ut apoſtolus ad hebreos ca. v. dicit) In diebus carnis ſuæ præces ſupplicationeſq̧ ad eum qui poſſit illum ſaluum facere a morte: cum clamore ualido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. Cæterum quia pauci quæ ad ſalutē faciunt libenter audiunt: Cōtraq̧ multi quæ ad perditionē: īfinitus quoq̧ eſt huiuſmodi ſtultorū numerus: quorū duo quoq̧ ſunt genera: alterū eorum qui aut illicita aut licita illicite audiūt alterum eorū qui quod audire debeant aut negligunt aut contemnunt. Neq̧ minus inſaniunt qui non audienda dicunt: aut ut dicantur ſcribunt. In utroq̧ genere ſunt prothoplaſti: qui ſalutiferā dñi uocem audire nolentes peſtifera ſerpentis ſibila audiuere. In utroq̧ ꝑterea aut ſaltē altero ſunt omnes qui uerba carnalia: ſcurrilia qui ſcōmata. dicteria. detractiones & blaſphemias. Mēdacia. piuria & huiuſmodi alia aut ꝓferunt aut libēter audiūt. Innumeri aūt ſunt qui muſicis inſtrumētis: aut uocis lenocinio aut amatoriis canticis in ſcaphā ſtultorū ſtultarūq̧ peruecti ad inferna deducti ſunt: quam ut uitemus: audiamus nauarchæ celeuſma.

Celeuſma auditionis ſtultæ ad auditus oblectamenta mortales inuitantis.

QVatenus aonios modulos fugietis amuſi
Surdiduliq; uiri?
Ecce uocant zephyri ſub amœna uireta ſororum
Pieriumq; latus
Murmure iucundo reſonāt ubi ſaxa pereſa
Fluctibus aſſiduis
Et uolucres pictæ repetunt per gramina notos
Ingenuoſq; modos
Quos nequeant thamyras & methymneus arion
Aequiparare cheli:
Cedat thraicius natiuis cantibus orpheus
Pindaricæq; lyræ
Cedat & amphion dirceus: cedat olimpus
Cedat & ipſe linus
Et cum terpandro cedat crinitus ioppas
Terpſicoriq; fides
Et timotei cedant: & blanda chironis
Barbita nubigenæ
Cedat & archadicus deus: & patareus apollo
Theſpiadumq; chorus
Et lyrici cuncti cedant: & maſcula ſappho
Quicquid & artis erit
Cedat & æolides quantumuis doctus: in arma
Aere ciere uiros
Nam canit hic toto mundo gaudente ſilenus
Parthenopeq; noua.
Cantat & ipſe ſua triton ſub littore concha
Aeolidæ interitum
Hic moribūd⁹ holor querulæq; canūt philomenæ
Diſcipulaſq; docent

Stultarum uirginum ſcaphæ ſeu nauiculæ

Hic immortalem perducunt gaudia uitam
Conſona carminibus
Proinde uiri ſuaues: blandumq; genus mulieres
Huc properate citi
Cras ſi cum zephyris non diſſonet unda ſecundis
Carbaſa ſtrinxerimus.

Scapha olfactionis ſtulſtæ.



SEnſus quidē olfaciendi nō minus q̄ audiendi mirabilis eſt cū itidem dubitare liceat quid ſit quod ab floribus cæteriſq; rebus odoriferis ad organū perfunditur. Cæterū cum eiuſmodi inquiſitio parū utilitatis afferat: tantūmodo recitauero quæ Aulus gelius lib. xix. ca. ii. de hoc & de cæteris ſenſibꝰ ſcripſit: & ſunt hæc. Quicq; ſūt hominū ſenſus per quos uoluptas animo aut corpori quæri uide-

tur guſtus.tactus.odoratus.uiſus.auditus. Ex his oibus quæ im
modice uoluptas capitur:ea turpis atqꝫ ĩproba exiſtimat̃. Sed enĩ
quæ nimia ex guſtu atqꝫ tactu eſt:ea uoluptas(ſicuti ſapiẽtes ſen
ſerũt)oium rerũ fœdiſſima eſt. Eoſqꝫ maxime qui duabꝰ iſtis be
luinis uoluptatibus ſeſe dediderũt grauiſſimi uicii;uocabulis græ
ci appellant acolaſos.i.libidinoſos & intẽperantes acratis.i. incõ=
tinentes.Iſtæ aũt uoluptates duæ guſtus atqꝫ tactus.i. libidines ĩ
cibos atqꝫ uenerẽ ꝓdige:ſole ſunt hominibus cõmunes cũ beſtiis
Et idcirco in pecudũ ferorũqꝫ aĩalium numero habetur: quiſqꝫ eſt
his ferinis uoluptatibus ꝓuinctus. Cæteræ ex tribus aliis ſenſibꝰ
ꝓficiſcentes:hoim eſſe tantũ proprie uidentur. Verba ſuper hac re
Ariſtotelis philoſophi ſcripſi:ut uel auctoritas clari atqꝫ inclyti ui
ri tã infamibus nos uoluptatibus deterreret. Interp̃tatur autẽ ſic.
Cur incontinẽtes eos appellare ſolemus qui uoluptate cõtrectãdi
aut guſtandi exuperãtur.Nã qui modice re utuntur ueneria &qui
luxu delectantur ciborũ incõtinentes uocamus. Ciborũ tamẽ nõ
eadẽ ratio eſt:ſed partim linguã:partim gulã ſua mouẽt ſuauitate
Vnde philoxenus gruis collũ a diis immortalibus ſibi dari opta=
bat.At uero qui in uidendo audiẽdoue modũ excedunt: nõ eodẽ
uocabulo ſignificamus. An quoniã uoluptates ſenſibus his accõ=
modatas cõmunes cum cæteris aĩantibus habemus.Ergo ut com
munes ſpernimus & notamus:ſolaſqꝫ oium aut maxime probro
damus. Itaqꝫ hominẽ his deditum rep̃hendimus & incontinentẽ
intẽperantemqꝫ appellamus: ꝙ uictus a teterrimo uoluptatũ ge=
nere ducitur. Sed quoniã ſentiendi genera quinqꝫ ſint cætera aĩa=
lia duobus tantũ quæ modo diximus uoluptatẽ ſibi acquirunt:
cæteris uel nihil omnino delectantur: uel per accidẽs ita afficiunt̃
Quod enim uidet aut olfacit:tantiſꝑ gaudet quo ad guſtus tactꝰ
ue fruiſcatur.Cũqꝫ genus id ipm cõcupiſcẽdi expleuit:illorũ quo=
qꝫ ſuauitas deſiit ut nobis ſalſamẽti odor quoniã indigemus ſua=
uis eſt:ubi ſatiati repletiqꝫ ſumus:amplius ſuauis non eſt. Roſæ
aũt odor ſemꝑ ſuauis eſt.Quis igitur habẽs aliqd humani pudo=

ris uoluptatib⁹ iſtis duabus coeundi atq; comedẽdi quæ ſunt hoĩ cũ ſue atq; aſino cões gaudeat: Socrates quidẽ dicebat multos homines ꝑpterea uelle uiuere ut ederẽt & biberẽt: ſeſe bibere atq; eſſe ut uiueret. Hippocrates aũt diuina uir ſcia: De coitu uenereo ita exiſtimabat: partẽ eſſe quandã morbi teterrimi quẽ nr̃i comitialem dixere. hæc ibi. Solus ergo hõ ſenſibili odore capit̃ neq; tã multis eſt in odorãdo ſicut in cæteris ſtultitia: ſed eo intolerabilior uidet̃ ꝙ fere ad ſolam uoluptatẽ odoriferis reb⁹ fruimur: cũ hiis carere poſſimus. Peccãt tñ in hoc ſenſu ſicut in cæteris duobus modis: aut illicite ſeu illicita odorãdo aut curare ut alii illicite odorẽt. Sic̃ aũt in ꝑncipio oñdimus ꝑtoplaſti etiã odorãdo peccauere. Sũt ꝑterea in hac ſtulticia pſæ: indi & nõnulli romãi q̃ neq; ad amicã neq; ad cænã ſine unguẽto procedebãt. In hiis aũt regionib⁹ q̃ ueſtibus aut corpori ut alliciãt hoĩes odores uarios; adhibẽt. Quicq; in rebus odoriferis uoluptatẽ nimiã captãt ita ut creaturis frui indecẽter atq; illicite uideãtur. Tales ſũt impii qui dicũt Sap. ii. uenite fruamur bonis quæ ſunt: & utamur creatura tanq̃ in iuuẽtute celeriter uino præcioſo & unguẽtis nos impleamus: & nõ prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos roſis anteq̃ marceſcãt: nullum pratũ ſit qđ nõ pertrãſeat luxuria noſtra &c̃. Huiuſmodi fatuos & fatuas aduocat nauarcha hoc celeuſmate.

Celeuſma olfactionis fatuæ.

Accelerate uiri: ſuaui dum ſpiritus aura
 Vos inuitat agros uiſere odoriferos
In quibus ambroſiæ redolentia naſcitur omnis
 Mellifluuſq; liquor nectariuſq; fluit
Quicquid ab aſſyriis: & nigris quicquid ab indis
 Vectat ad auguſtas pharmacopola domos
Cinnoma quod ſpirant: quod olet cinireia myrrha
 Et quod odorus arabs: coriciumq; crocum:
Succina quod fragrant manibus tractata: quod omne
 Vnguentum: & fracto fuſa falerna cado:
Balſama quod ſpirant: redolent quod florea rura

Sultarum uirginum ſcaphæ ſeu nauiculæ.

Quod citrum & uiolæ purpureæq; roſæ
Hoc ager hic nullo producit ſponte ſerente
Hocq; aduentantes indigeteſq; beat.
Ergo citi noſtram mortales ſcandite nauem:
Hoc uento optata cras potiemur humo.

Scapha guſtationis ſtultæ.



DE guſtu iá ex Aulo gelio audiuimus ꝙ eſt magis corporalis q̃ cæteri iá dicti ſenſus immo etiá magis neceſſarius ad conſeruationẽ naturæ: nullũ enim animal guſtu ac tactu carere poteſt: aliter enim faciliter icurreret aut nutrimentũ nociuũ aut obiectũ læſiuũ: Vniuerſalis eſt ergo in animátibus guſtus: multoq; omniũ uberrima eius ſtulticia. Ideoq; tota philoſophia ſobrietatem prædicat. hinc illud tritum & uulgare ſed non contemnendum dictum. Indulgere gulæ noli: quæ uentris amica eſt: quia ut dicitur a diuo

Stultarum uirginum ſcaphæ ſeu nauiculæ.

Hieronymo. Venter mero æſtuás facile deſpumat in libidiné: uicina enim ſunt uētris & libidinis mēbra. Hinc eſt illud lepidū epigráma quod uirgilianū dicitur. Nec ueneris nec tu uini capieris amore. Vno nácꝫ modo uina uenuſcꝫ nocét. Quod in ſequēti ſcapha latius declarabimus. Hinc etiá illud Ezechie. xvi. Ecce hæc fuit iniquitas ſodomæ ſororis tuæ ſuperbia. ſaturitas panis & abūdantia: & ocium ipſius & filiarū eius. Ad hanc igitur ſcaphá pertinent inuumerabiles. Primo prothoplaſti in guſtu pomi uetiti. Secundo loth ebrius effectus. Tertio filii iſrael in deſerto ne manna quidé contenti. Quarto ut cæterorū mentioné prætereá: omnes qui in uoluptate carnis ſummū bonū poſuerunt utpote quorū deus eſt uenter eorū: qui ab epicuri dogmate originé traxiſſe dicuntur: cū tamen ipſe epicurus fuerit egregius paupertatis frugalitatiſcꝫ amator holuſculis contentus. ná ut teſtatur Aulus gelius. Voluptaté quam ſummū bonū dixit diffiniuit corporis conſtáté habitum. Vnde Seneca in epiſtolis poſt illud laudabile epicuri uerbum. Si uis pytocleam diuité facere nó pecuniæ adiiciendū: ſed cupiditatibus detrahendum eſt. Probo inquit: & libētius epicuri egregia dicta commemoro: ut iſti qui ad illa confugient ſpe mala inducti: qui uelamentum ipſorum ſuorum uitiorum habituros ſe exiſtimant: probent quocuncꝫ ierint honeſte eſſe uiuendum. Cum audierint iſta: audient iſtic hortulos: & inſcriptū hortulis. Hoſpes hic bene manebis: hic ſummum bonum uoluptas eſt. Paratus erit iſtius domicilii cuſtos: hoſpitalis: humanus: & te polenta excipiet: & aquam quocꝫ large adminiſtrabit: & dicet. Ecquid bene acceptus es? Non irritant inquit iſti hortuli famem ſed extingunt nec maiorem ipſis potionibus ſitim faciunt: ſed naturali & gratuito remedio ſedant. In hac uoluptate conſenui. de hiis tecum deſideriis loquor: quæ conſolationem non recipiunt: quibus dandum eſt aliquid ut deficiant. Nam de illis extraordinariis quæ licet differre: licet caſtigare & opprimere: hoc unum cómonefaciam. Iſta uoluptas naturalis eſt non neceſſaria: huic ni-

chil debes. Si quid impendis uoluntarium eſt. Venter præcepta nō audit: poſcit: appellat: non eſt moleſtus creditor: paruo dimittitur & mandas illis quod debes non quod potes. Hec de illo ſeneca. Ex quibus conſtat ipſum ſobrietatem amaſſe & præcepiſſe: eius tamen ſequaces uoluptatem corporis ſecuti ſunt. Vnde ut iā uidimus in ſuperiori ſcapha philoxenus collum gruis a diis īmortalibus ſibi dari exoptauit: quo diuturnior eſſet ingurgitandi uoluptas. Horatius etiam in epiſtolis atteſtatur epicureos ſe molliter curare dicēs de ſe. Me pinguem & nitidum bene curata cute uiſes: Quum ridere uoles epicuri de grege porcum. Sunt autem modo infiniti pene eius generis porci: qui nihil ſomniant: nichil uigilant præter lauticias: quomodo obſonia parare faciant: quibus appetitum excitent: quorum inſatiabilis gula. unde Iuuenalis. Quāta eſt gula quæ ſibi totos ponit apros animal propter cōuiuia natum. Neqꝫ uero tantūmodo diuites in hac ſcapha ſunt: ſed plurimi pauperum qui quod ſex diebus operando ſudore multo conqſiuerint: ſeptimo abſumunt. Quinetiam ſunt qui ut dicit Iuuenalis: una comedunt patrimonia menſa. Hos autem omnes uocat ſtulta guſtatio hoc celeuſmate fere beroaldino dicens.

Celeuſma guſtationis fatuæ.

Pigra gulæ proceres: o ſardanapalica proles:
Corpora de ſomno iam releuare decet.
Ecce uocant molles regna ad lætiſſima uenti
In quibus irritant fercula mille gulam.
Lucilli cænas ſileat patinaſqꝫ uitelli
Nec non antoni prandia priſca fides.
Fercula pontificum nemo: aut epulas ſaliorum
Iacet: & albanas cæſariaſqꝫ dapes.
Iam patina æſopi cedat: iam luxus apici
Et tholomeorum prodiga luxuries.
Iam ſua campani taceant conuiuia: pœnus

Stultarum uirginum ſcaphæ ſeu nauiculæ.
Quæ ſenſit pœnis pernicioſa ſuis.
Nec medi iactent reges: ſyculiq; tyranni
Vana quæſitos ambitione cibos.
Omnia iam cedant conuiuia: prandia: cœnæ:
Quæ celebrant uates: famaq; cantat anus.
Fercula ſunt regum: ſunt hic ientacula diuum
Hic ſapiunt nectar pocula & ambroſiam
Hic nitida: hic dubia eſt: hic eſt lautiſſima cœna
Omnibus abſq; ullo parta labore gulis.
Iuppiter huic epulo ſi forte uocatus adeſſet:
Diceret: in cælis talia non habeo.
Ergo quid aſtatis ſtupidi: penetrate phaſelum
Ecce aderunt horis regna beata tribus.

Sequitur ſcapha contactionis fatuæ.



BIBLIOTE...

Stultarum uirginum ſcaphæ ſeu nauiculæ.

QVintus & ultimus ſenſuum eſt tactus: oibus animalibus cōmunis & per omnia fere membra diffuſus: q tanto periculoſior eſt quanto maior in eo uoluptas. Extrema enim linea amoris in eo cōſumatur. Sunt autem ſecundū donatum quinqꝫ lineæ amoris: quæ hoc uerſiculo continētur. Viſus colloquiū cōuictus baſia factum. Prima igitur linea amare eſt uiſu cōniuere: arridere: petos oculos iniicere & tacite cōſentire quæ multis ſine reliquis datur. Secunda facta poteſtate & inuenta opportunitate: colloqui: polliceri: blandiri: deſideria animi aperire. Tertia comeſſare compotare: & in ſecreto conuiuere. Quarta quæ oritur ex talibus: eſt baſia & laſciua oſcula dare. Quinta eſt coire. In prima potiſſimū peccat uiſus. In ſecunda auditus. In tertia guſtus. In quarta olfactus. In quinta tactus. Sunt ergo cōcatenatæ huiuſmodi ſenſationes quæ omnes ad uenerē excitant: & præcipue quæ ad guſtum ſpectat crapula: & ebrietas. unde uirgilius in epigrāmate qđ explanare policitꝰ ſum.

Nec ueneris nec tu uini capieris amore
  Vno namqꝫ modo uina uenuſqꝫ nocent.
Vt uenus eneruat uires: ſic copia uini
  Et tentat greſſus debilitatqꝫ pedes.
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri
  Archanum demens detegit ebrietas.
Bellum ſæpe petit ferus exitiale cupido
  Sæpe manus itidem bacchus ad arma uocat.
Perdidit horrendo troiam uenus improba bello
  Et lapythas bello perdis iacche graui.
Deniqꝫ cum mentes hominum furiarit uterqꝫ
  Et pudor & probitas & metus omnis abeſt.
Compedibus uenerem uinclis conſtringe lyeum
  Ne te muneribus lædat uterqꝫ ſuis.
Vina ſitum ſedant: natis uenus alma creandis
  Seruit: finem horum tranſiluiſſe nocet.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA

A L V E R

y dixo el ſenor Juris Corregi
ctor como yo Zra

INSULIS
(Michael de)

de Rosarº

V. Mariª

Rupe (Alanus)

[illegible] (Raym.)
[illegible] (Petrus)
[illegible] (Bartol.)